et summa præfata integram evictionem obligavit inscripsit et inviadi avit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica posse sione per ministerialem et nobiles duos officiose acceptatam dat et admittit submittitque se eundem suum tenutarium et eius successores occasione præmissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum propin quarum et remotarum cuiusvis sexus status et condition(is) existentium tueri defendere evincere eliberare intercedere pacificare soluque per se et per submissas personas non iniuriare sub vadio simili libiarum octodecim sexagenarum polon(icalium). Et coram officio præsenti castren(si) capitan(eali) Bransken(si) peremptoria responsione omnibus controversiis exception(ibus) allegation(ibus) motivis apellation(ibus) evasion(ibus) vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori minoritate successorum tarda seu tradditione mala positione in ordinata scriptione aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque impediment(is) se et suos successores uti abscribendo.

Cieraltowski obligatio

Coram officio et actis præsentibus castren(sibus) capitan(ealibus) Bransken(sibus) personaliter comparens nobilis Hieronimus olim Jacobi Zarzecki sanus mente et corpore existens palam recognovit quia nobili Francisco filio Stani slai Cieraltowski genero suo et eius legitimis successoribus bonorum suorum immobillium hæreditariorum in hæred(itate) Dambrowa Zarzeta sitorum in uno campo sex sulcos a granicie Zaiborowska ad villam intermedios ex una Josephi Sliwowski et ex altera partibus Alberti Kronowski iacen(tes) in summa undecem floren(orum) polon(icalium) cum omnibus utilitat(ibus) fructibus proventibus attinen(tiis) et pertinen(tiis) cunctis nullis exceptis obligavit. Cui iam exnunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et nobiles duos officiose acceptatam dat et admittit submittitque se eundem tenutarium suum et eius posteros occasione præmissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum tueri defendere soluque per se et per submissas personas non iniuriare sub vadio simili. Et coram officio præsenti castren(si) capitan(eali) Bransken(si) peremptoria responsione omnibus controversiis exception(ibus) allegation(ibus) dilation(ibus) evasion(ibus) aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibusque impediment(is) etiam de iure concessibilibus se et suos successores uti ab scribendo et abrenonciando hac sua præsenti personali recogni tione in præmissis mediante.

Zarzecka Spalenska Advitalitas

Coram officio et actis præsentibus castren(sibus) capitan(ealibus) Bransken(sibus) personaliter comparens nobilis Hieronimus olim Jacobi Zarzecki sanus mente et corpore existens palam publice ac libere verbisque per expressis recogno vit quia nobili Marinæ filiæ olim Valentini Spalenski consor ti suæ legitimæ in medietate omnium et singulorum bonorum suorum mobillium et immobillium habitorum et habendorum quæsitorum et imposterum acquirendorum in hæreditate Dambrowa sitorum advitalita tem et usum fructum prædictorum bonorum liberum ad extrema

vitæ eius

vite eius inscribit et adunitaliciat videlicet quod praedictam conthoralem suam post fata mariti eiusdem recognoscens in eisdem bonis morte eius derelictis perturbare non debeant se et suos successores in onerat submittit se eandem cum suis successoribus ab omnibus impedimentis quarumvis personarum tueri et defendere. Et coram officio Castren. Bransken. peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus motionibus apellationibus ac earum prosecutionibus se et suos successores ab scribendo et abrenunciando personali sua recognitione mediante.

Zaremba — obligatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Jacobi Szczepietowski de Szczepietowo Żaki haeres sanus mente et corpore existens palam ac libere recognovit Quia Nobili Joanni olim Stanislai Zaremba et eius posteris bonorum suorum immobilium in bonis Szczepietowo Żaki sitorum in campo vel sulcos hyemmales a strata Wysocensi ad granitiem Dzieżbicza inter mettas Nicolai et Adami Szczepietowskich iacentem cum omnibus eorundem sulcorum utilitatibus nullis exceptis in quinque sexagenis polonicalibus ad exemptionem obligavit Cui iam exnunc intromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per ministerialem et Nobiles duos officio acceptatos dat et admittit submittit se eundem tenutarium suum et eius successores occasione praemissorum ab omni impedimento iuridico omnium et singularum personarum tueri defendere solum per se et per submissas personas non inquietare sub vadio simili summae. Et coram officio praesenti Castren. Bransken. peremptoria responsione omnibus controversiis exceptionibus allegationibus motionibus apellationibus evasionibus aliisque in universum huius remediis se et suos successores ab scribendo et abrenunciando hac sua personali recognitione mediante.

Spata — quietatio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Albertus olim Martini Świnkowski sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobilem Jacobum olim Mathiae Spata de persolutione summae viginti florenorum polonicalium coram actis Terrestribus Bransken. inscriptae ob sufficientem satisfactionem et summae praefatae integram exolutionem quietat emittit et inscriptionem cassat perpetuo.

Poplawski — Cessio

Coram officio et actis praesentibus Castren. Capitan. Bransken. personaliter comparens Nobilis Gregorius olim Pauli Rygowski de Trzeski haeres nomine suo et Nobilis Dorotheae Poplawska consortis suae a qua pacem cavet sanus mente et corpore existens palam recognovit Quia Nobili Bartholomeo olim Erasmi Poplawski et eius posteris de omni et integro iure suo seu

inscriptione